UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

F. Corneli[i] Cvrt[i] Augustiniani Erem. De Clavis Dominicis Liber

Curtius, Cornelius

Monaci, 1622

Caput IX. Clavoru[m] curam Maria non accepit, aut Nicodemo tradidit: sed Helena eos è coeno terrae simul cum Cruce eruit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11735

Visual Library

merito appellati ſunt. Quod de lanceâ ſimiliter, quæ inter Imperii inſignia primum locum habet, adſerendum eſt; cùm verã lanceã Romæ non ſemel viderim.

CAPUT IX.

Clavorũ curam MARIA non accepit, aut Nicodemo tradidit: ſed Helena eos è cœno terræ ſimul cum Cruce eruit.

SEd ubi delituerũt tam diu hi CLAVI? inquies. Multi tibi multa reſpondebunt; ſed cave omnes

audias

audias. Alii Matri-Virgini Clavorum cuſtodiam adſignant, cujus manibus ſedulò & cum omni veneratione collectos, ac poſteris fideliter traditos eſſe volunt. Alii Nicodemum gazophylaciſten ſeu theſauri hujus ſacri cuſtodem faciunt. Ingenioſa, pia, & clara eſt iſtorum imaginatio, ſi modò lucem veritatis admitteret. Quid enim? Tota Græcorum & Latinorum hiſtoria reclamat, & bellū eis indicit. Quod ad ſanctas piorum virorū meditationes attinet; quod

quod illæ adſtruere ſolent, ego nolim inficias ire, aut ludos facere: quare credo filii ſui Clavos Matrem ſinu, ſaviíſque excepiſſe; verùm adſervaſſe, negāt ſimul omnes hiſtoriæ, & ego quoque pernego propter Hebræorum conſuetudinē, qui ſupplicii inſtrumenta omnia uno tumulo ſepeliebāt. Crux igitur Chriſti, & latronum, &, quos Diva Virgo reſtituerat, Clavi in unam foveam immiſſa ſunt, quæ urbis cœnum ac rudera paullo pòſt ſuper-ingeſta operuerunt, & ex hominum

oculis memoriáque ſuſtulerunt. Donec feminarum immortale decus Helena, divino inſtinctu ea conquiſivit, invenit, & eo, quem ſuprà notavi, modo diſpertivit.

CAPUT X.

CLAVORUM figura incerta. Credibile eos acutos, τετραπλεύρους, longos fuiſſe.

VT nihil quod ad CLAVOS ſpectat, deſideretur, eorum quoque figura hîc delineanda eſt. Obtuſos fuiſſe